

ut plurimum erant sacerorum coetum in primitua ecclesia antistites. A potiori, haec dialecticorum lex est, fit denominatio. Eorum, quorum maximus numerus est, potior habetur, nec sine causa, ratio. Ecquid itaque miremur, Paulum, clericos omnes omnem impunitatem vitare, pudicitiam vero sectari iubentem, iis uti verbis, quae maritos tantum spectare videntur?

§. XIV. Explicationi nostrae id supra etiam tribuimus, quod ad sequiorem quoque sexum applicari, et ad verba Pauli: *ένος αὐδόνος γυνή;* recte explicanda et intelligenda, adhiberi possit. Pauca quaedam hac de re addere lubet, ne quid eorum, quae ad sententiam nostram vel defendendam, vel confirmandam, vel ornandam etiam, faciant, praetermittamus. Complures, succedente tempore, repertae et cum orbe litterario communicatae sunt inscriptiones, in quibus VNIVIRARVM nomine vxores insignitiae leguntur. Earum nonnullas legere qui cupit, adeat IO. WUNDERLICHII librum singularem, eumque multo eruditionis apparatu refertum, *de usu inscriptionum veterum romanarum, maxime sepulchralium.* \* Vna earum, ex REINESIO \*\* defumta, haec est:

D. M.  
REIANIAE C. F.  
MAECIANAE CONI. INCOMPARABILI  
VNIVIRAE ET CASTISSIMAE  
QVAE SIBI NVPSIT III. KAL. FEB.  
VIXIT SECVM ANN. XVII.  
T. FR. T. F. LIBERALIS FEC.  
HEDONICVS MARITVS.

C 3

Reli-

---

\* Edit. Quedlb. 1750. Consulenda est obseru. V. de vniuira. p. 156.

\*\* Syntagma, inscript. antiqu. class. XIV, n. LXXXIII, p. 742.